

## DE LAICIS

### 1. - ANIMAM IN QUA SEQUITUR INTRODUCCIONEM DE DEFINITIONE

Ut quaestioni huic respondeatur antea exponendae sunt traditionis canonica notio de laicis et laicorum theologica notio in Concilio Vaticano II efformata.

#### 1) - Traditionalis canonica notio laicorum.

"Laici... sunt baptizati qui, cum prima tonsuram non acceperint, nullam potestatem ordinis et iurisdictionis in Ecclesia habent" (E.F. Regatillo, Institutiones Iuris Canonici, I, 1<sup>o</sup> l. 1, n. 68). Praecipui canones qui de illis agunt laicos describunt tanquam illos qui ius habent recipiendi a Clero spiritualia bona et postissimum adimenta ad salutem necessaria (can. 682); tanquam eos qui reguntur a Clericis et qui cum eis divini ministerium non exercent (can. 948); Est igitur notio negativa quae passivam activitatem eis tantummodo tribuit. (Cfr. J. O'Connell, Jalons pour une théologie du laïc, 1964, p. 36 37)

Haec est definitio definitioem hanc esse incompletam. Et licet quidem tamen definitionem positivam illam habere, in hodierna mentalitate magis illa canoniam parit.

#### 2) Laicorum notio in Concilio Vaticano II efformata.

Anima dicitur et Concilium theologiam definitionem laicatus canoniam apporere noluisse. Agitur tantum de definitione theologica vel descriptiva.

Laici definitio conciliaris in sensu ecclesiali tria elementa comprehendit:

a) Elementum genericum laici sive eius pertinentia activa ad Populum Dei: laicus in universalis Ecclesiae missione participat. Laicus cum Clero communicat in eadem esse membri atque in eadem christiana activitate. Communis ergo activitatis quae in his invenitur participes fit. Inde etiam ecclesia non solum clericorum sed laicorum inter est.

b) Elementum specificum negativum in eo invenitur quod neque ad hierarchiam concilia neque ad solam religiosum pertinent. Laicorum ergo participatio in Ecclesiae missione non est officium, non est quid clericale.

c) Elementum specificum positivum in laicorum propria vocatione invenitur, nempe in eorum christiana relatione ad mundum saecularem. In adimplenda universali missione Ecclesiae sive clericus sive laicus suam specificam contributionem in ordinandis negotiis saecularibus ad salvationem praebere debet. Laicus in mundo immersus hoc praestat ab intra; clericus vero mediante ministerio atque pastoralis activitate. (Cfr. E. Schillebeeckx, Le laïc con del laico cristiano, in opere in collab. La Iglesia del Vaticano II, sub directione G. Barauna, vol. 1966, pp. 977 ss.)

#### 3) Laicorum notio canonica in novo iure introducenda.

a) Res distinctio inter clericos et laicos in

participatione ecclesiasticae potestatis consistit.

Clerici, tamquam Christi Ministri, ratione potestatis ordinis Deum colunt et laicos sanctificant; ratione vero potestatis iurisdictionis laicos in ordine ad eorum aeternum finem docent et regunt.

Laici vero tanquam membra populi Dei, sua personali cooperatione sanctificantur, reguntur et ad aedificationem Corporis Christi collaborent, in Ecclesia et in mundo suum proprium munus exercendo.

b) Inter clericos et laicos accidentales distinctiones etiam inveniuntur, atque exinde status clericalis atque status laicalis praesertim distinguuntur.

c) Praedictis omnibus prae oculis habitis, definitio in novo iure introducenda redigenda est, quae quidem non philosophica sed iuridica esse debet, positiva tamen, non negativa.

### 11. - QUAE NAM IN CODICE SINT INTRODUCENDA DE IURIBUS ET OFFICIIS LAICORUM IN ECCLESIA? DE ACTIVITATE SCILICET EORUM IN ECCLESIA.

A) Imprimis summarium aliquod iurium et officiorum in iure vigenti iam agnitorum introducendum videtur.

B) Deinde iura et officia quae Concilium Vat. II praesertim in decretis "Lumen Gentium" et "Apostolicam Actuositatem" nuper declaravit, iuridice determinanda sunt.

In specie haec veniunt quae spectant :

1) Ad laicorum apostolatatum in mundo (mundi consecratio) qui tanquam ius et officium omnium laicorum iuridice determinandum est.

2) Ad laicorum cooperationem cum apostolatu Hierarchiae, quae ad hodiernas condiciones accomodanda est.

Concilium tantummodo dicit laicos aptitudine gaudere ut ad quaedam munera ecclesiastica, ad finem spiritualem exercenda, a Hierarchia adsumantur. Historia tamen teste campus hic praeteritis temporibus vastissimus fuit (Cfr. A. Boglio, De capacitate laicorum ad potestatem ecclesiasticam praesertim iudicalem, 1962). Tempora nostra in quibus laici quae missionis in Ecclesia in dies magis consci fiunt omnino exigunt ut eorum capacitas in quantum possibile sit proficiatur. Cfr. Koser, Cooperación de los laicos con la Jerarquía en el apostolado, in opere La Iglesia del Vaticano II, pag. 1017 ss.

3) Ad relationes inter laicos et hierarchiam quae nunc, habita ratione omnium quae hucusque dicta sunt, denuo determinari debent.

Hoc in loco renovationes institutionales praesertim in his quae ad organa dioecesana et paroecialia, ad bonorum ecclesiasticorum administrationem, ad episcoporum et parochorum nominationem, etc. introducendae sunt. Insuper nova potestatum distributio peragenda videtur.

*Original Documento de la  
Comisión de la Conferencia de Obispos de Colombia*